UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

vero aliorũ bonorũ immobiliũ,& mobiliũ, iurium,
& creditorũ,q in effectu relicta fuit do.Franciſcæ ĩ ca
ſu diuiſionis, ex quo vr̃ relicta ſub eadẽ cõditione vi-
duitatis vt de iure poſſe ſubſtineri videtur, veluti ple-
nè dictum fuit,ipſa tali relicto ſextæ partis pp tranſi-
tũ ad ſecunda vota totaliter priuata cenſetur p text.
in d.l.fœminæ.§.illud cũ d.auth.hoc locũ.¶ Ex prædi
ctis itaq; clariſſimè apparet, ꝙ Antonius Maria, &
Ioannes Franciſcus enormi ter fuerũt læſi,atq; dece
pti per tranſactionẽ factam inter illos ex una,& dom.
Franciſcam ex alia aſſignando dominæ Franciſcæ q̃
plura bona ſtabilia, & alia de quibus in tranſactione
habetur:Niſi fortè diceretur ꝙ aſſignatio bonorum
in dicta trãſactione do. Franciſcæ facta cenſeatur ſo-
lum quoad vſumfructum ipſi do.Franciſcę debitum,
non aũt quoad proprietatem pp tranſitũ ad ſecunda
vota,non.n.refert,an ante vel poſt vxor, cui ex bonis
mariti,aut filij aliquid fuit acquiſitum ad ſecũdas nu
ptias conuolauerit auth.ex teſtamento.§.j.C.de ſecũ.
nup.& in corpore,vñ ſumit cu vbiq; not.Adde, ꝙ et
ex multis partibus dictæ tranſactionis vr̃ inferri, bo-
na fuiſſe do.Franciſcæ aſſignata quoad vſumfructum
prout de iure ſic debita dicebantur, & maximè dum
illi aſſignantur bona mobilia dicti Pompeij, ac etiã ĩ
ſequenti capitulo, nec non dum ipſi ꝯhentes volue-
runt ſalua eſſe debere vtriq; parti ea, q̃ diſpoſita,& or
dinata fuerunt in teſtamento Marci teſtatoris: Et in
dubio eo modo,quo de iure poterant dominæ Fran-
ciſcæ eſſe debita tam ex teſtamento illo,q̃ de iure,de-
16 bent intelligi inter eos conuenta,atque ꝯcta, † cum
in dubio conuento inter partes debeant intelligi, ſe-
cundum quod de iure competebant, debitaq; erant,
quia in dubio ꝯctus,& conuentiones à iure commu
ni,& diſpoſitione ſtatutorum loci,& ſecundum illo
rum qualitatem regulariter,Bar.in l.ut iuſiurandi.§.ſi
liberi.ff.de oper.liber.ſcriben.in l.quæro.§.inter loca-
torem cum infinitis ſimil.ff.locati, l. ſi ita ſtipulatus.
ff.de vſuris,& argumento.l.fi.C. de non numera. pe-
cun.& legitur in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad treb.
¶ Nec aduerſantur clauſulæ in inſtrumento tranſa-
ctionis appoſitæ,illa videlicet ad habendum &c. & il-
la,in qua dicti fratres conſtituerunt ſe nomine dictæ
Franciſcæ poſſidere,ac etiam illa, in qua promiſſum
fuit ad legitimam,& generalem defenſionem, & de
17 euictione in forma,quia reſpondeo,† illas clauſulas
tanquam acceſſorias ad principaliter conuenta regu
lari,& intelligi debere,ſecũdum quod principaliter
conuentum fuit taliter ꝙ huiuſmodi clauſulæ poſ-
ſunt conuenire tàm vſufructui conſtituto, quam re-
rum ꝓprietati: Niſi illæ clauſulæ eſſent ita prægnan-
ter expreſſæ, quod ex illis contrarium colligi poſſet.
18 Quare † per clauſulam ſimplicem ad habendum,& te
nendum, & de euictione appoſitam in inſtrumento
diuiſionis bona non cenſentur adeò tranſlata,qn cũ
ſuo onere fideicommiſſi remaneant,vt colligitur ex
verbis Bar.in q.8.col.9.& Alex.in l.qui Romæ.§.duo
fratres.ff.de verb.obl.Et dato abſque veri præiudicio,
ꝙ per inſtrumentum diuiſionis bona,de quibus hr̃ in
dicta tranſactione,diceretur etiam pleno iure aſſigna
ta, tamen debent dici aſſignata ſub conditione à iure
ſubintellecta, videlicet ſi ad ſecunda uota non tranſi-
uerit,ut ſupra,ac etiam ſub conditione ſi do. Franci-
ſca adimpleuerit ea,quæ promiſit & iurauit obſerua
re,quoniam non ſeruanti fidem fides non eſt ſeruan
da l.cum proponas la 2.C.de pactis,l.ſiue apud.C. de
19 tranſac.cum alijs ibi allegatis.¶ † Et propterea ſi ĩter
aliquos fuit cũ iuramento tranſactum,quorũ vnus ñ
obſeruauerit,& ſuo iur̃o contrauenerit,alius abſque
metu periurij à promiſſis, & iuratis per eũ recedere
pot,& in odiũ illius,qui prius contrauenit,habet per-

inde,ac ſi tranſactum nõ eſſet ad effectũ ut ille po...
cõtraueniens omni tranſactionis commodo ...
d.l.ſiue apud,& l.ſi quis maior C.de trãſactio. ...
Franciſca prius contrauenit contentis in dicto ...
mento tranſactionis,petendo,& exigẽdo à dictis ...
tonio Maria,& Ioanne Franciſco parte ferram...
rũ,& aliorum q̃ petere,& exigere non poterat ...
tranſactione,ut ex illius tenore apparet,mihiq; ...
cto præſupponitur, ergo quãuis fratres prędicti ...
ea reconueniendo dictam do.Franciſcam aliqua ...
tierint,quæ in effectu contra contenta in dicta ...
ctione videbantur,tamen ipſi fratres de periurio ...
uinci nequeunt,neque pœnã in tranſactione ...
& comminatam incurriſſe dicuntur,cum licita fue-
rit,& ſit ipſa talia petere,& dictæ tranſactioni con-
uenire,ex quo do.Franciſca facta fuit indigna ...
illius commodo per p̃dicta.Quare concludo ...
ꝙ ipſi dominę Franciſcę de iure non licuit ...
tra dictos fratres,nec ab ipſis exigere poteſt ...
& exigere deſiderat, cum per tranſitum ad ...
vota facta fuerit indigna omni commodo ...
domus,q̃ uſusfructus aliorum bonorum, de quo
habetur in teſtamento dicti Marci,ut plenius ...
& quemadmodum pleniſſimè conſultum fuit p cla-
riſſimos aduocatos ad fauorẽ dictorũ Antonij Ma
rię,& Ioannisfranciſci Fratrum,quorũ dicta & con-
cluſiones ĩ omnib⁹ approbo,& ſequor. Et hæc ...
dicta ſint vltra ea q̃ ĩ dictis cõſilijs ꝯtinent.Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ualet,& res legata ſufficienter demonſtratur, ...*
do legato domum meam, quam habeo in ciuitate Bononiæ, ...
do is unam domum tantum haberet.
2 *Demonſtratio legitima fit per pronomen meus,mea,meum.*
3 *Demonſtratio falſa legatum non uitiat,ſi per alias ueras demon-*
ſtrationes de re legata conſtet.
4 *Legatum in dubio intelligitur factum de re propria teſtatoris,*
& non de aliena,etiam ſi demonſtrationes rei legatæ pro par-
te rei teſtatoris,& pro parte rei alienæ conueniant.
5 *Idem in legato rei incertæ, quæ habet fines ex facto ...*
6 *Legatum ut ualeat,ſemper in dubio eſt facienda interpretatio.*
8 *Legatum rei ipſius legatarij non ualet,& quando.*

EPITOME.

LEGATVM valet, & cõprehendit domũ teſta-
toris,qñ ipſe dixit,lego domũ meã, quã habeo ĩ ciui-
tate Bononiæ,poſitã in tali via,et ſi dom⁹ teſtatoris,
q̃ unica hẽat in ciuitate Bononiæ in alia via ſita eſſet,
et illa demõſtratio vię legato appoſita domui ipſius
legatarij conueniret.

CONSILIVM XLII.

SVPER legato domus facto Andreæ ...
cis vtar nã ꝯcludo legatũ ualere,& ...
deberi domũ, q̃ teſtatrix habebat in ciui-
tate Bononiæ in via Saragotię, & ...
go ſancti Felicis,quãuis dixerit lego domũ mei ...
tã in ciuitate Bononiæ in burgo ſancti Felicis, ...
tales & tales ꝯfines, q̃ demonſtrationes reperiun-
ſæ,& uerificantur in domo,quæ eſt propria ipſi ...
dreæ legatarij;ad quod dicendum moueor ex ...
1 bus,& primo q̃a † ſi teſtatrix ſolum dixiſſet, lego do-
mũ meã quã habeo in ciuitate Bononiæ abſque, ...
qđ addidiſſet hæc verba in burgo ſancti Felicis ...
poſitione quarũdã aliarũ demonſtrationum, ...
nulli dubium,ꝙ legatum ualuiſſet, tum quia do- ...
legata fuiſſet ſufficienter demonſtrata, & de ea
preſſè ꝯſtaret, ex quo teſtatrix unicã tãtum do-
in ciuitate Bononię habebat,& dicendo domũ ...
quam habeo in ciuitate Bononiæ, domus dice...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nominatim, & expreſsè demonſtrata, arg. l. 2. ff. de lib.
& poſthu. & l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de
leg. 3. tum etiam quia dicendo lego domum meam
poſitã in ciuitate Bononię, domus diceretur expreſ-
ſè, & demonſtrata per duas legitimas demonſtratio-
nes, quę ad reddendã rẽ certam, illamq; ſufficienter
demonſtrandã ſufficiunt l. forma de cenſibus, & Bar.
in l. demonſtratio. ff. de cond. & dem. cum ſimilibus.
Prima enim fuit demonſtratio, dicendo domum meã,
quia † pronomen meus mea meum facit demonſtra
tionem legitimã. l. ſi ita legatum ff. de auro, & argen.
leg. & l. nuper. ff. de leg. 3. Alia fuit demõſtratio, dicẽ-
do quam habeo in ciuitate Bononiæ, cum vnicã do-
mum teſtatrix in ciuitate Bononiæ haberet. Et quã-
uis plures aliæ demonſtrationes rei legatæ appoſitę
eſſent falſæ, pp hoc tamen legatum vitiari nõ debet, cũ
de re legata per dictas duas demonſtrationes conſtet
d. l. demonſtratio, l. ſi nominatim, & l. quibus diebus
§. fundo dotalem. ff. de cond. & dem. & eſt text. in §. huic
proxima inſtitut. de legat. in l. quintus. ff. de auro, & ar
gen. leg. & l. his verbis. §. paterfamilias. ff. de leg. 3. ¶ Se
4 cundò † quoties pronomen meum iungitur corpo-
ri, vel numero, tunc res illa debetur, quam teſtator in nu-
mero rerum ſuarum habebat, & nõ res alterius, quia
ſemper debet fieri interpretatio, vt teſtator potius vo
luerit rem propriam legare, quàm alterius. d. l. nuper
iuncta l. ſi domus in prin. ff. de leg. j. & eſt optimus text.
in l. ſerui electione in fi. eo. tit. & facit id, quod habet
in l. quintus la 2. §. j. ff. de auro, & argẽto legato. Ergo
in caſu noſtro teſtatrix, dicendo domum meam, quã
habeo, ſeu poſitã in ciuitate Bononiæ, videbitur vo-
luiſſe legare domum ipſius, & illã, quã in numero re-
rum ſuarum in ciuitate Bononiæ habebat, & non rẽ
5 ipſius legatarij. ¶ Tertiò † vbicũq; legatum eſt incer
tum ratione rei, quæ hẽt fines ex facto hominis, vt eſt
domus, legatũ valet, & dẽtur res, quæ eſt de patrimo-
nio teſtatoris, & non alterius. l. ſi domus in prin. & ibi
Bart. ff. de leg. j. Sed in caſu noſtro res legata eſt incer-
ta, quia ex aliquibus demonſtrationibus teſtator vide
tur voluiſſe rem ſuam legare, & ex alijs rẽ legatarij, &
eſt legata res, quæ habet fines ex facto hominis iuxta
nota in d. l. ſi domus, & in l. quod in rerũ. §. ſi quis poſt
ff. de leg. j. & per Bart. in l. ita ſtipulatus la grande. ff. de
verb. obl. ergo legatum valebit, & debebitur domus,
quæ eſt in patrimonio teſtatricis, non autem domus
ipſius legatarij, quia ſic legatum eſſet inualidũ. l. qui
proprias. C. de lega. & in §. ſed ſi rem inſtitu. eod. tit. Et
ſic ſemper faciẽda eſt interpretatio, vt legatum valeat,
non autem, ꝙ ſit inutile, & fruſtatorium. l. ſi quãdo. ff.
de leg. j. & l. quoties. ff. de rebus dubijs cum ſimilibus
ibi allegatis. ¶ Nõ obſtat, ꝙ ex quibuſdã alijs demõ-
ſtrationibus appareat, legatum fuiſſe domum ipſius
legatarij, ergo legatum eſt inutile d. l. qui proprias, &
d. §. ſed ſi rem, quia reſpondetur, † illud verũ eſſe, quã
do demonſtrationes appoſitæ ſolum rei legatarij cõ-
uenirent, & quãdo conuenirent pro parte rei proprię
ipſius teſtatoris, & pro parte rei legatarij, tunc vt lega
tum valeat, & ne reddatur inutile, deberet intelligi, rẽ
ipſius teſtatoris fuiſſe legatam, & eatenus, quatenus
rem ipſius, & non rem ipſius legatarij, argumento d.
l. nuper, & d. l. ſerui electione in fi. & d. l. ſi quando in
8 fi. Præterea † legatum rei ipſius legatarij non valet
quando apertè conſtat rem ipſius legatarij fuiſſe à te-
ſtatore legatam, vt quia id conſtet ex confinibus, &
ex mente teſtatoris, & ita loquuntur iura probantia
legatum rei legatarij non valere: ſed in caſu noſtro cla-
rè non cõſtat rem legatarij fuiſſe legatam, immo cõ-
trarium apparet, hoc eſt teſtatorem voluiſſe rẽ ſuam
legare, & non alienam propter illud pronomẽ meã,
& ex eo, ꝙ vnicam domum tantum teſtatrix in ciui-
tate Bononiæ habebat, nam dicẽdo domum meam
poſitã in ciuitate Bononiæ, hæc expreſſo dicitur ſpe-
cialis, & quodammodo nominatim facta, argumen-
to d. l. 2. cum ibi nota. ff. de lib. & poſthum. & ex eo, ꝙ
vnicam domũ Bononiæ habebat, de mente ſua aper-
tè dicitur conſtare, ꝙ voluerit illam legare argumẽ-
to l. librorum. §. quod tamẽ Caſſius. ff. de leg. 3. & pro
validitate actus, & legati intereſt intelligi de domo te
ſtatricis, quam habebat Bononiæ, & non de domo
legatarij. Et ex his, & alijs per alium Excellentiſſimũ
dominum Conſultorem conſideratis, & plenius de-
ductis ſatis de bono iure Andreæ legatarij conſtare
exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ ſignificatio lata eſt, vt actiones etiam, et nomina debitorum comprehendat: & quãdo id verum ſit, & quando ſecus nu. 4. 6. & 19.*

2 *Et quando ſolũ pecuniã numeratam comprehendat, & num. 4.*

3 *Legatum bonorum, quæ quis habet Ferrariæ, vel in alio certo loco, non continet iura, & nomina debitorum.*

5 *Relatiuum quantitatis, & relatiuum in ſubſtantiæ differunt, & quomodo.*

6 *Pecuniæ appellatione in legatis quid comprehendatur, & num. 18. 21. & 26.*

7 *Et quid de iure, & attenta propria ſignificatione, & quid, attento communi vſu loquendi.*

8 *Communis vſus loquendi maximè in legatis præualet cuilibet alij conſtitutioni.*

9 *Pecunia continens etiam nomina debitorum ſumitur largiſſimè, vt etiam omnia alia bona mobilia, & immobilia, & corpora dicatur comprehendere.*

10 *Legatũ generale factũ vxori per hæc verba, oĩa, q̃ in domo erũt, cautiones, inſtrumenta, & noĩa debitorum non comprehendit.*

11 *Idem, ſi factum ſi legatum per hæc verba, quicquid in tali loco habeo, & poſſideo.*

12 *Idẽ, ſi factũ eſſet legatũ de domo inſtructa cum oĩbus ibi affixis.*

13 *Idem, ſi eſſet factum legatum domus cũ omnibus, quæ ibi ſunt.*

14 *Idem, ſi eſſet factum legatum per hæc verba, cæteriſq́; vniuerſis, quæ in tali loco erunt,*

15 *Idem ſi eſſet factum legatum ædium teſtatoris cum omni inſtrumento, & cum omnibus in eis repoſitis.*

16 *Idem, ſi legata eſſet domus, & quæq́; mea ibi erunt, cum moriar.*

17 *Quid ſi eſſet factũ legatũ per hæc verba, quantas ſummas hẽo.*

18 *Pecuniæ ſimpliciter legatæ compræhendunt ſolum ea, quæ põdere, numero, vel menſura conſiſtunt, & nu. 21. & 26.*

19 *Actiones, & nomina debitorum certo loco non circunſcribuntur nec continentur, & num. 23.*

20 *Verba vniuerſalia, & geminata ſæpe ſ'm ſubiectã materiã, & ſecundũ quod alijs verbis ꝑlatis cõueniunt, reſtrictionẽ recipiũt.*

21 *Pecunię appellatione in materia legatorũ non continentur actiones, neq; nomina debitorum, ſed illa, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, & num. 26.*

22 *Quid, ſi in legatis mentio facta eſſet de omnibus, & qbuſcunq; pecunijs, Et quid, ſi de oĩbus, & qbuſcunq; quantitatibus pecuniarum, quæ in domo tempore obitus teſtatoris reperiuntur.*

24 *Verborũ multiplicatio non neceſſaria ſubſtãtiam rerũ nõ mutat.*

25 *Pecuniæ debendæ, & exigẽdæ, & quæ ſunt ſub noĩbus debitorũ, & actionibus ꝑſonalibus, ante illarum ſolutionem, & exactionem nõ poſſunt dici eſſe, nec reperiri in bonis, & in hæreditate creditoris, ſed adhuc ſunt in bonis, & in dominio debitorum.*

27 *Legatũ rei an, & qñ actionẽ quoq; ad ipſam rem cõprehendat.*

28 *Actionem ad rem habens quomodo rem ipſam habere dicatur.*

29 *Pecuniæ nondum exactæ, quæ tamen exigi potuerunt, quãdo pro exactis habeantur, & à pari cum illis iudicentur.*

EPITOME.

IN legato facto vxori de oĩbus, & qbuſcũq; quã-
titatibus pecuniarum, quæ ĩ domo, & hr̃ditate ipſius
teſtatoris tp̃e eius obitus reperientur, & reperiri con-

tigerit,